



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De hoc si ante restitutionem corporum animæ iustorum in coelum
rapiantur. lxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel insanus præsumat? Et si minatus est, quod nō erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod nefas est dicens, prædicare compellimur.

*Cur peccata quæ cum fine perpetrat a sunt, sine fine
puniuntur.* Cap. LXIII.

Scire velim, quomodo iustū sit, vt culpa quæ cū fine per- *Ex eod.*
Petrata est, fine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, si di- *Pet. int.*
strictus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Ini- *Gre. ref.*
qui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixe-
runt. Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere,
vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enim, quia in pec-
cato viuere semper cupiunt, qui nunquam desinūt pecca-
re, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicatis per-
tinet, vt nunquam careant suppicio, qui in hac vita nun-
quam voluerunt carere peccato.

*Quod Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorū,
iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab
iniquorum vltione.* Cap. LXIII.

SE D nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens *Ex eod.*
Seruos à iusto domino, idcirco cædi præcipitur, vt à ne *Pet. int.*
quitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat, vt emendare de-
beat. Iniqui autem gehennæ igni traditi, si ad correctionē
nunquam veniant, quo fine semper ardebunt? Omnipotēs *Gre. ref.*
Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nō pascitur: Quia
autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non
sedatur. Sed iniqui omnes æterno suppicio deputati, sua
quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt,
scilicet, vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia quæ per-
cipiunt, & in illis respiciant suppicia quæ euaserunt, qua-
tenus in æternū tantò magis diuinæ gratiæ debitores se
esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri conspi-
ciunt, quæ eius adiutorio vicerunt.

*De hoc si ante restitutionem corporum, animæ iustorum
in cœlum recipientur.* Cap. LXV.

Ex eod.

PLACET quod dicis: Sed velim nosse, si nūc antere- *Pet. int.*
stitutionem corporum in cœlum recipi valeant animæ *Gre. ref.*
SS ii

D. BVR CHARD. EPIS. VVORMA.

iustorum. Hoc nanque de omnibus iustis fateri non possumus, neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum animæ, quæ à cœlesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quo dilationis damno, quid aliud innuitur, nisi quod perfectæ iustitiae aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat quia perfectorum iustorum animæ, mox ut huius carnis claustra exēūt, in cœlestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per severitas testatur, dicens: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ: quia ubi ipse redemptor noster est corpore, illuc proculdubio colliguntur, & animæ iustorum. Et Paulus dissolui desiderat, & cum Christo esse. Qui ergo Christum esse in cœlis non dubitat, nec Pauli anima esse in cœlo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque habitatione patriæ cœlestis dicit: Scimus quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manu factam, sed æternam in cœlis.

Quod iusti in die iudicij animarum, simul & corporum gloria lætabuntur. Cap. LXVI.

Ex eod. **S**i igitur nunc in cœlo sunt animæ iustorum, quid est hoc
Pet. int. quod in die iudicij pro iustitiae suæ retribuzione recipiunt? *Hoc* in eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc animarum sola: postmodum vero corporum beatitudine perfrauantur, ut in ipsa quoque carne gaudeant, in qua doles pro domino, cruciatusque pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est: In terra sua duplia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorum animabus scriptum est: Datae sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, ut requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperint, in iudicio binas stolas habituri sunt: quia modo animarum revertanturmodo agitur, tunc autem animarum, simul & corporum gloria lætabuntur.

De hoc si boni bonos in regno, vel si mali malos in supplicio agnoscant. Caput LXVII

Ex eod. **N**osse vellem, si boni bonos in regno, vel mali malos in suppliciis agnoscant. Huius rei sententia in verbis
Pet. int. est dominicis, quam iam superius protulimus, luce clarius
Gre. ref.